

TEXTOS LATINO Y ESPAÑOL

TÍTULO I. De los asesinos y de los homicidas por accidente o por voluntad..	1
TÍTULO II. De la injuria atroz	6
TÍTULO III. Del derecho y crueldad de los dueños . .	9
TÍTULO IV. De los adulterios..	11
TÍTULO V. De los Estupradores..	16
TÍTULO VI. De las nupcias incestuosas..	17
TÍTULO VII. De los ladrones y de su pena	22
TÍTULO VIII. Del falso testimonio..	24
TÍTULO IX. De no admitir el testimonio de un familiar	26
TÍTULO X. Del depósito..	27

TEXTO LATINO Y ESPAÑOL

<LEX DEI QVAM PRAECEPTIT DOMINVS AD
MOYSEN>
LIBER PRIMVS
<TITVLVS I>
DE SICARIIS <ET HOMICIDIS CASV VEL
VOLVNTATE>

1, 1, 1 MOYSES dei sacerdos haec dicit:

Si quis percusserit hominem ferro et occiderit eum,
2 mortem moriatur. si autem manu lapide, quo mori possit,
percusserit et mortuus fuerit, homicida est: mortem mo-
3 riatur. si autem per inimicitiam inpulerit eum uel inmi-
serit super eum aliquod uas ex insidiis et mortuus fuerit
4 uel per iram percusserit eum manu et mortuus fuerit,
mortem moriatur.^a

1, 2, 1 PAVLVS quoque libro quinto sententiarum sub titulo
ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit:

Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui ho-
minem occiderit eiusque rei causa furtiue faciendi cum
telo fuerit, et qui uenenum hominis necandi causa habue-
rit uendiderit parauerit, falsumue testimonium dixerit
2 quo quis periret, mortisue causam praestiterit.^b quae
omnia facinora in honestiores poena capitis uindicari

^a Si quis... *Num.* 35: 16, 17, 20, 21.

^b Lex Cornelia... Paulus 5, 23, 1.

LA LEY DE DIOS QUE EL SEÑOR ENSEÑÓ A MOISÉS

LIBRO I TÍTULO I DE LOS ASESINOS Y DE LOS HOMICIDAS POR ACCIDENTE O POR VOLUNTAD

1, 1, 1 Moisés, el sacerdote de Dios, dijo estas cosas:

Si alguien golpeará a un hombre con hierro y lo
2 matará, muera hasta la muerte. Y si con una piedra en
la mano, con la cual pueda morir, lo golpeará y murie-
3 rá, es homicida: muera hasta la muerte. Y si por ene-
mistad lo empujara o asechándolo le arrojara alguna
4 vasija y muriera, o por ira lo golpeará con la mano y
muriera, muera hasta la muerte.¹

1, 2, 1 Paulo también en el libro quinto de las *Sentencias*
bajo el título a “La ley Cornelia de los asesinos y enve-
nenadores” dice:

La ley Cornelia inflige la pena de la deportación a
quien haya matado a un hombre, ya sea por un asunto
personal o por hacer un hurto con arma; y a quien por
matar a un hombre haya tenido, vendido o preparado
2 un veneno; o haya dicho un falso testimonio por el que
alguien pereciera, o haya proporcionado la causa de la
muerte. Dispuso que todas estas fechorías se castiga-

¹ Es decir, muera irremisiblemente. Esta traducción de “muera hasta la muerte” obedece al deseo de conservar y respetar el original hebreo, como lo conservó la *Septuaginta* con θανάτω θανατούσθω y el autor de la *Coll.* con *mortem moriatur*. Vid. “Fuentes, I” en la Introducción.

placuit: humiliores uero aut in crucem tolluntur aut bestiis subiciuntur.

1,3,1 VLPIANVS libro VII de officio proconsulis sub titulo de sicariis et ueneficis:

Capite primo legis Corneliae de sicariis cauetur, ut is praetor iudexue quaestionis, cui sorte obuenerit quaestio de sicariis eius quod in urbe Roma propiusue mille passus factum sit, uti quaerat cum iudicibus, qui ei ex lege sorte obuenerint de capite eius, qui cum telo ambulauerit hominis necandi furtiue faciendi causa, hominemue occiderit, cuiusue id dolo malo factum erit. et reliqua.

2 Relatis uerbis legis modo ipse loquitur Vlpianus:

Haec lex non omnem, qui cum telo ambulauerit, punit, sed eum tantum, qui hominis necandi furtiue faciendi causa telum gerit, coercet. conspescit item eum, qui hominem occidit, nec adiecit cuius conditionis hominem, ut et ad seruum et peregrinum pertinere haec lex uideatur.

1,4,1 Item PAVLVS libro qui supra, et titulo dicit:

Homicida est, qui aliquo genere teli hominem occidit mortisue causam praestitit.^a

DE CASVALIBVS HOMICIDIS

1,5,1 MOYSES legaliter dicit:

Si autem subito non per inimicitias in miserit super
2 eum aliquod uas non insidians uel lapidem, quo moriatur, non per dolum et ceciderit super eum et mortuus

^a Homicida est... Paulus 5, 23, 2.

ran con la pena capital² para los de clase alta; pero los de clase humilde o se les crucifica o se les expone a las bestias.

1,3,1 Ulpiano, en el libro VII *Del oficio de procónsul* bajo el título “De asesinos y envenenadores”:

En el primer capítulo de la ley Cornelia acerca de los asesinos se dispone que el pretor o juez de la cuestión, a quien haya tocado en suerte una cuestión acerca de asesinos, a propósito de un acto cometido en la ciudad de Roma o mil pasos más cerca, investigue con los jueces, que, según la ley, le hayan tocado en suerte, acerca de la pena capital de aquel que haya deambulado con un arma para matar a un hombre o para hacer un hurto, o haya asesinado a un hombre, o cuyo acto haya sido hecho con dolo malo. Y lo restante.

2 Referidas las palabras de la ley, ahora el mismo Ulpiano habla:

Esta ley no castiga a todo el que haya deambulado con un arma, sino solamente sanciona a quien lleva una arma para matar a un hombre o para hacer un hurto. Reprime igualmente a quien asesinó a un hombre, y no añadió de cual condición sea el hombre, para que parezca que esta ley toca tanto al esclavo como al peregrino.

1,4,1 Igualmente Paulo en el libro y título de arriba, dice:

Es homicida el que asesinó a un hombre con algún género de arma, o proporcionó la causa de la muerte.

DE LOS HOMICIDAS ACCIDENTALES

1,5,1 Moisés conforme a la ley dice:

2 Pero si súbitamente, no por enemistades, ni asechando arrojara sobre ése alguna vasija, o sin dolo arrojara una piedra, por la cual muriera, y cayera so-

² La pena capital también consistía en perder la ciudadanía; por eso, se deportaba. Vid. índice s.v. *caput*.

fuerit, si autem non inimicus eius fuerit neque quae-
3 sierit male facere ei, iudicabitis inter eum, qui percus-
sit, et proximum mortui secundum iudicia haec et libe-
4 rabis percussorem.^a

1, 6, 1 VLPPIANUS libro et titulo qui supra relati:

Distinctionem casus et uoluntatis in homicidio
2 seruari rescripto Hadriani confirmatur. uerba rescrip-
ti: 'Et qui hominem occidit absolui solet, sed si non
occidendi animo id admisit: et qui non occidit, sed uo-
3 luit occidere, pro homicida damnatur. e re itaque con-
stituendum est: ecquo ferro percussit Epafroditus?
nam si gladium instrinxit aut telo percussit, quid du-
bium est, quin occidendi animo percusserit? si clauē
percussit aut cucuma aut, cum forte rixaretur, ferro
4 percussit, sed non occidendi mente. ergo hoc exquirite
et si uoluntas occidendi fuit, ut homicidam seruum
supplicio summo iure iubete affici'.^b

1, 7, 1 PAVLVS libro et titulo qui supra:

Qui hominem occidit, aliquando absoluitur et qui
non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim
uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque si
cum uellet occidere, casu aliquo perpetrare non potuit,
ut homicida punitur: et is, qui casu [iactu] teli homi-
2 nem imprudenter ferierit, absoluitur.^c quod si in rixa
percussus homo perierit, quoniam ictus quoque ipsos
contra unumquemque contemplari oportet, ideo humi-
liores in ludum aut in metallum damnantur, honestiores
dimidia parte bonorum multati relegantur.^d

^a Si autem... *Num.* 35: 22-25.

^b 'Et qui... *Dig.* 48, 8, 1, 3.

^c Qui hominem... *Paulus* 5, 23, 3.

^d quod si... *Paulus* 5, 23, 4; *Dig.* 48, 8, 17.

bre él y muriera, pero si no fuera su enemigo y no
3 buscara hacerle mal, juzgaréis entre ese que golpeó, y
el pariente más cercano del muerto³ según estos jui-
4 cios, y liberaréis al golpeador.

1, 6, 1 Ulpiano en el libro y en el título que arriba se men-
cionan:

Se confirma por un rescripto de Adriano que se con-
serva la distinción de accidente y de voluntad en un
2 homicidio. Las palabras del rescripto: "Y el que asesinó
a un hombre suele ser absuelto, sólo si lo cometió sin
ánimo de asesinar; y el que no asesinó, pero quiso
3 asesinar, es condenado por homicida. Así, a partir del
rescripto debe establecerse: ¿acaso con un fierro golpeó
Epafrodito? En efecto, si empuñó una espada o golpeó
con un arma, ¿qué duda hay de que golpeará con áni-
mo de asesinar? Si golpeó con un cerrojo o con un
caldero o, como luchara, casualmente golpeó con un
4 fierro, pero no con la intención de asesinar. Por lo
tanto, investigad esto, y si hubo voluntad de asesinar,
con derecho ordenad que el esclavo sea castigado con
suplicio sumo como homicida".

1, 7, 1 Paulo en el libro y título de arriba:

El que asesinó a un hombre a veces es absuelto, y el
que no asesinó a veces es condenado como homicida:
pues, debe castigarse la intención de cada uno, no el
hecho. Y por eso, si, queriendo asesinar, por algún
accidente no pudo realizarlo, como homicida es castiga-
do; y aquel que por accidente (por un lanzamiento) de
arma imprudentemente haya herido a un hombre es
2 absuelto. Y si un hombre pereciera golpeado en una
riña, es preciso que se examinen también los golpes de
ambos, porque los de clase humilde son condenados al
juego o a la mina, y los de clase alta, castigados con la
confiscación de la mitad de sus bienes, son relegados.

³ En la Biblia de Jerusalén (*Núm.* 35: 24-29) aparece la expresión "Vengador de la sangre". Esto significa que el pariente más cercano puede tomar venganza privada. El homicida se puede asilar en alguna ciudad determinada porque fue homicidio accidental. Pero si sale del lugar, el "vengador de la sangre" lo podrá matar sin ser reo de muerte.

1, 8, 1 Item GREGORIANVS libro IIII [sub titulo] ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis talem constitutionem ponit:

Imperator Antoninus A. Aurelio Herculano et aliis militibus. Frater uester rectius fecerit, si se praesidi prouinciae optulerit: cui si probauerit non occidendi animo Iustam a se percussam esse, remissa homicidii poena secundum disciplinam militarem sententiam proferet. Proposita prid. kal. Febr. Laeto bis cons.^a

1, 9, 1 Item GREGORIANVS eodem titulo et libro talem constitutionem ponit:

Imp. Alexander A. Aurelio Flauio et aliis militibus. Si modo pro quo libellum dedistis, non dolo praestitit mortem, minime perhorrescat: crimen quippe ita contrahitur, si et uoluntas occidendi intercedat. ceterum ea, quae ex improuiso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae inputantur.^b Prop. XIII kal. Aug. Alexandro cons.

1, 10, 1 Item GREGORIANUS eodem libro et titulo tale rescriptum dedit:

Exemplum s(acrarum) l(itterarum) dd. nn. Haue Agatho k(arissime) n(obis). Qualitas precum Iuli Antonini clementiam nostram facile commouit: quippe quod adseueret homicidium se non uoluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita uideatur. quod si ita est neque super hoc ambigi poterit, omni eum metu ac suspicione, quod ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra comprehensum est, uolumus libe-

^a Imperator Antoninus... *Cod. Iust.* 9, 16, 1.

^b crimen quippe... *Cod. Iust.* 9, 16, 1.

1,8,1 Igualmente el *Gregoriano* en el libro IV bajo el título a la “Ley Cornelia acerca de los asesinos y envenenadores” pone tal constitución:

El emperador Augusto Antonino a Aurelio Herculano y a otros soldados. Vuestro hermano haría lo más razonable, si se presentara al gobernador de la provincia: si probara a éste que Justa había sido golpeada por él no con ánimo de asesinarla, éste, según la disciplina militar, proferirá la sentencia absolviendo de la pena de homicidio. Propuesta un día antes de las calendas de febrero, en el segundo consulado de Leto.⁴

1,9,1 Igualmente el *Gregoriano* en el mismo título y libro pone tal constitución:

El emperador Augusto Alejandro a Aurelio Flavio y a otros soldados. Si el modo por el cual disteis el libelo demostró que la muerte no fue hecha con dolo, que de ningún modo se horrorice el juez, pues el crimen se produce así, si interviniera también la voluntad de asesinar. Por lo demás, aquellas cosas que suceden más bien por accidente imprevisto que por fraude, o por el hado casi siempre, no se toman como delitos. Propuesta trece días antes de las calendas de agosto, siendo cónsul Alejandro.⁵

1,10,1 Igualmente el *Gregoriano* en el mismo libro y título dio tal rescripto:

Ejemplar de las l(etras) s(agradas) de nuestros señores. Salud, Agatón, queridísimo para nosotros. La cualidad de los ruegos de Julio Antonino conmovió fácilmente nuestra clemencia: en efecto, porque afirmaba que él había cometido un homicidio no por voluntad, sino por accidente fortuito, pareció que la ocasión de la muerte se había presentado por un golpe de pie. Lo cual si así fuera y no pudiera dudarse sobre esto, queremos, según lo que fue comprendido por nuestra anotación, que él sea liberado de todo miedo y sospecha, que sostiene por la incriminación de la acción

⁴ 31 de enero del año 215 d.C.

⁵ 20 de julio del año 222 d.C.

rari. Dat. prid. k. Decemb. Diocletiano Aug. IIII et Maximiano cons.^a

1,11,1 VLPIANVS libro et titulo qui supra:

Cum quidam per lasciuam causam mortis praebuisset, conprobatum est factum Taurini Egnati proconsulis Baeticae a diuo Hadriano, quod eum in quinquenium relegasset. uerba consultationis et rescripti ita se habent: 'Inter Claudium, optime imperator, et Euaristum cognoui, quod Claudius Lupi filius in conuiuio, dum sago iactatur, culpa Mari Euaristi ita male acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur. atque adparebat nullam inimicitiam cum Euaristo ei fuisse. tamen cupiditatis culpa coercendum credidi, ut ceteri eiusdem aetatis iuuenes emendarentur. ideoque Mario Euaristo urbe Italia prouincia Baetica in quinquenium interdixi et decreui, ut impendi causa duo milia patri eius persolueret Euaristus, quod manifesta eius fuerat paupertas'.^b V(erba) r(escripti): Poenam Mari Euaristi recte, Taurine, moderatus es ad modum culpae: refert enim et in maioribus delictis, consulto aliquid admittatur an casu'.^c et sane in omnibus criminibus distinctio haec poenam aut iustam prouocare debet aut temperamentum admittere.

1,12,1 MODESTINVS libro differentiarum sexto sub titulo de scientibus et ignorantibus generaliter loquitur:

Nonnumquam per ignorantiam delinquentibus iuris ciuilibus uenia tribui solet, si modo rem facti quis, non iuris ignoret: quae scilicet consilio delinquentibus praestari non solet. propter quod necessarium est addi-

^a Exemplum... *Cod. Iust.* 9, 16, 4.

^b Cum quidam... *Dig.* 48, 8, 4, 1.

^c V(erba)... *Dig.* 48, 19, 5, 2.

cometida. Dada un día antes de las calendas de diciembre, siendo cónsules Diocleciano Augusto en su cuarto año, y Maximiano.⁶

1,11,1 Ulpiano en el libro y título de arriba:

Habiendo alguien presentado una causa de muerte por juego, el divo Adriano ratificó el hecho de Taurino Ignacio, procónsul de Bética, hecho que había relegado al responsable por cinco años. Las palabras de la consulta y del rescripto así se tienen: “Óptimo emperador, conocí la cuestión entre Claudio y Evaristo: que en un convivio Claudio, hijo de Lupo, mientras era lanzado con el sayo, fue tan mal recibido por culpa de Mario Evaristo, que después del quinto día murió. Y parecía que él no había tenido enemistad alguna con Evaristo. Sin embargo, creí que debía ser castigado por culpa de la pasión,⁷ para que los otros jóvenes de la misma edad fuesen enmendados. Y por eso prohibí a Mario Evaristo estar en la urbe, en Italia y en la provincia Bética por cinco años, y determiné que Evaristo pagara por causa de gasto dos mil al padre de él, porque su pobreza había sido manifiesta”. Las p(alabras) del r(escripto): “Taurino, rectamente moderaste la pena de Mario Evaristo a la medida de la culpa: pues importa también en mayores delitos si algo es cometido intencionalmente o por accidente”. Y en efecto, en todos los crímenes esta distinción debe o provocar la justa pena o admitir la moderación.

1,12,1 Modestino en el libro VI *De las diferencias* bajo el título “Acerca de los que saben y de los que ignoran” de modo general habla:

A veces a los que delinquen por ignorancia suele otorgárseles la venia del derecho civil, si es que alguien ignora la cosa de hecho, no de derecho: pero evidentemente no suele ofrecerse aquella a los que delinquen con premeditación. Por esto es necesario consi-

⁶ 31 de noviembre del año 290 d.C. Según el *Código Justiniano*, la fecha es VII Kal. Decemb; es decir, el 26 de noviembre.

⁷ Pasión por el juego.

ta distinctione considerare, utrum sciente an ignorante aliquo quid gestum proponatur. et reliqua.

1,13,1 PAVLVS libro et titulo qui supra:

Qui telum tutandae salutis causa gerit, non uidetur
2 hominis occidendi causa portare.^a teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa portatum est.

<TITVLVS II> DE ATROCI INIVRIA

2,1,1 MOYSES dicit:

Si autem contenderint duo uiri et percusserit alter alterum lapide aut pugno et non fuerit mortuus,
2 decubuerit autem in lectulo, et si surgens ambulauerit homo foris in baculo, sine crimine erit ille, qui eum percusserat praeter ac cessationis eius mercedem dabit ei et medico inpensas curationis.^b

2,2,1 VLPIANVS libro singulari regularum sub titulo de iniuriis:

Iniuria, si quidem atrox, id est grauis, non est, sine iudicis arbitrio aestimatur. atrocem autem aestimare solere praetorem idque colligi ex facto, ut puta si uerberatus uel uulneratus quis fuerit. et reliqua.

2,3,1 PAPINIANVS libro definitionum secundo sub titulo de iudicatis:

Per hominem liberum noxae deditum si tantum adquisitum sit, quantum damni dedit, manumittere cogendus est a praetore qui noxae deditum accepit: sed fiduciae iudicio non tenetur.

2,4,1 VLPIANVS libro XVIII ad edictum sub titulo si

^a Qui telum... *Dig.* 48, 6, 11, 2; Paulus 5, 23, 7.

^b Si autem... *Exod.* 21: 18, 19.

derar, con la distinción anotada, si se propone que algo se realizó sabiéndolo o ignorándolo alguien. Y demás cosas.

1,13,1 Paulo en el libro y título de arriba:

El que lleva un arma para proteger la vida, no parece portarla para asesinar a un hombre. Pero por la palabra *arma* no sólo se comprende el hierro sino todo lo que se ha portado para dañar.

TÍTULO II DE LA INJURIA ATROZ

2,1,1 Moisés dice:

Pero si dos varones pelearan y uno golpeará a otro con una piedra o con el puño y no muriera, pero cayera en cama, y si levantándose caminará el hombre afuera con bastón, sin crimen estará aquel que lo golpeó, pero le dará el salario de su cesantía y al médico los gastos de la curación.

2,2,1 Ulpiano en el *Libro singular de las reglas* bajo el título “Acerca de las injurias”:

La injuria, si en verdad no es atroz, esto es, grave, se estima⁸ sin arbitrio del juez. Pero que el pretor suele estimarla atroz, y eso se colige del hecho, como por ejemplo si alguien fuera golpeado o herido. Y demás cosas.

2,3,1 Papiniano en el libro segundo *De las definiciones* bajo el título “De las cosas juzgadas”:

Si por un hombre libre entregado en noxa se adquiriera tanto cuanto de daño causó, debe ser obligado a manumitir por el pretor quien admitió al entregado en noxa, pero no es obligado por el juicio de fiducia.

2,4,1 Ulpiano en el libro XIX⁹ *Al edicto*, bajo el título “Si

⁸ Es decir, se valora lo que corresponde la pena en dinero.

⁹ El autor cita el libro XIX, pero en realidad Ulpiano hace este comentario en el libro XVIII.

fatebitur iniuria occisum esse, in simplum et cum diceret:

Rupisse eum utique accipiemus, qui uulnerauerit, uel uirgis uel loris uel pugnis caedit, uel telo quoue alio uis genere sciderit hominis corpus uel tumorem fecerit: sed ita demum, si damnum datum est. ceterum si in nullo seruum pretio uiliorem deterioreme fecerit, Aquilia cessat iniuriarumque erit agendum. ergo et si pretio quidem non sit deterior factus seruus, uerum sumptus in salutem eius et sanitatem facti sunt, in haec nec mihi uideri damni Aquilia lege [agi] posse.^a

2, 5, 1 PAVLVS libro singulari et titulo de iniuriis:

Generaliter dicitur iniuria omne, quod non iure fit: specialiter alia est contumelia, quam Graeci [ὕβριν appellat, alia culpa, quam Graeci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuriae accipitur, alia iniquitas et iniustitia, quam Graeci] ἀδικίαν uocant. nam cum praetor non iure aduersum nos pronuntiat, iniuriam nos accepisse dicimus: unde apparet non esse uerum, quod Labeo putabat, apud praetorem iniuriam
2 ὕβριν dumtaxat significare. commune omnibus iniuriis est, quod semper aduersus bonos mores fit idque non
3 fieri alicuius interest. hoc edictum ad eam iniuriam
4 pertinet, quae contumeliae causa fit. fit autem iniuria

^a Rupisse... *Dig.* 9, 2, 27, 17.

confiesa haber asesinado por injuria, se condena al simple, y como dijera”:¹⁰

Ciertamente aceptaremos que lesionó¹¹ el que haya herido, ó con palos o con correas o con los puños golpea, o el que haya rasguñado el cuerpo de un hombre¹² con arma o con algún otro género de fuerza, o le haya hecho un tumor: pero únicamente así, si se causó daño. Por lo demás, si no hiciera al esclavo más vil o inferior en el precio, la ley Aquilia queda sin efecto, y deberá demandarse por injurias. Por lo tanto, aún si en verdad un esclavo no fuera hecho inferior en el precio, pero se hicieron gastos para su salud y sanidad, contra estas cosas no me parece que puede demandarse de daño por la ley Aquilia.

2, 5, 1 Paulo en el *Libro singular* y en el título de “Las injurias”:

De modo general se dice *injuria* a todo lo que no se hace con derecho: especialmente es otra la contumelia, que los griegos denominan ὕβρις; es otra la culpa, que los griegos dicen ἄδικεμα; tal como en la ley Aquilia es entendido el daño por injuria, es otra la iniquidad y la injusticia, que los griegos¹³ llaman ἀδικίαν. En efecto, cuando el pretor dicta sentencia, sin derecho, contra nosotros, decimos que nosotros recibimos injuria: de donde aparece que no es verdad lo que Labeón pensaba, que ante el pretor la injuria solamente significa 2 ὕβρις. En todas las injurias es común que siempre se 3 hace algo contra las buenas costumbres, e interesa a 4 alguno que eso no se haga. Este edicto alcanza a esa injuria que se hace por causa de contumelia. Pero la

¹⁰ En el aparato crítico de Mommsen aparece lo siguiente: el texto, a pesar de las conjeturas, queda aún sin solución; lo más pertinente sería *Ulpianus (cum ageret de actione) in simplum et cum diceret, ut similiter laudat Moysen.*

¹¹ Es decir, lesionar alguna parte del cuerpo. *Rumpere* es un delito de daño. D’Ors menciona cuatro: matar (*occidere*); quemar (*urere*); hacer pedazos (*frangere*) y quebrar (*rumpere*). Cf. § 373 n. 4.

¹² Quizá esclavo. Cf. d’Ors, § 373.

¹³ Mommsen señala que este añadido es tomado de las *Instituciones* de Justiniano 4,4 pr.

uel in corpore, dum caedimur, uel uerbis, dum conui-
cium patimur, uel cum dignitas laeditur, ut cum ma-
tronae uel praetextatae comites abducuntur. iniuria-
5 rum actio aut legitima est aut honoraria. legitima ex
lege duodecim tabularum: 'qui iniuriam alteri facit,
quinque et uiginti sestertiorum poenam subito'. quae
lex generalis fuit: fuerunt et speciales, uelut illa: 'si os
fregit libero, CCC [si] seruo, CL poenam subito sester-
tiorum'.

2,6,1 Idem PAVLVS eodem libro singulari sub titulo
quemadmodum iniuriarum agatur:

'Qui autem iniuriarum', inquit, 'agit, certum dicat,
quid iniuriae factum sit ex taxationem ponat non mi-
2 norem quam quanti uadimonium fuerit'. certum dicit,
qui suo nomine demonstrat iniuriam, neque ita, ut
per disiunctionem hoc aut illud accidisse comprehen-
dat, sed ut necesse habeat aut unam nomine suo rem
designare aut plures ita complecti, ut omnes eas acci-
3 disse cogatur probare. certum autem an incertum di-
cat, cognitio ipsius praetoris est. demonstrat autem
hoc loco praetor non uocem agentis, sed qualem for-
4 mulam edat. certum non dicit, qui dicit pulsatum se
siue uerberatum. sed et partem corporis demonstrat
et quem in modum, pugno puta an fuste an lapide,
sicut formula proposita est: 'quod Auli Ageri mala
pugno percussa est'. illud non cogitur dicere, dextra
5 an sinistra, nec qua manu percussa sit. item si dicat
infamatum se esse, debet adicere. quemadmodum in-
famatus sit. sic enim et formula concepta est: 'quod

injuria se hace o en el cuerpo, cuando somos golpeados, o con palabras, cuando sufrimos escarnio público, o cuando se ofende la dignidad, como cuando son separados los acompañantes de las matronas o las adolescentes.¹⁴ La acción de injurias o es legítima u honoraria.

- 5 Legítima según la ley de las XII Tablas: “El que hace injuria a otro sufrirá una pena de 25 sestercios”. La cual ley fue general: hubo también leyes especiales, como aquélla: si rompe un hueso a un hombre libre, sufrirá una pena de 300 sestercios, de 150 si a un esclavo.

2, 6, 1 El mismo Paulo en el mismo *Libro singular* bajo el título “De qué modo se demanda por injurias”:

- Pero el que demanda por injurias —dice—, diga lo cierto: qué tipo de injuria fue hecha, y ponga una tasación no menor que de cuanto haya sido la promesa de
2 comparecer. Dice lo cierto quien demuestra la injuria por su nombre, y no de tal manera que por disyunción exprese que sucedió esto o aquello, sino que tenga necesidad de designar o una sola cosa por su nombre, o abarcar muchas, de modo que sea obligado a probar
3 que todas esas sucedieron. Pero diga lo cierto o lo incierto, la cognición es del mismo pretor. Pero el pretor demuestra en este lugar no la voz del demandante,
4 sino cuál fórmula exprese. No dice lo cierto quien dice que él fue empujado, o más bien, golpeado, sino quien no solamente muestra la parte del cuerpo, sino también de qué modo, por ejemplo con el puño o con un palo o con una piedra, así como está propuesta la fórmula: ‘puesto que la mandíbula de Aulo Agerio fue golpeada con el puño’. Esto no obliga a decir si con la derecha o con la izquierda, ni con qué mano fue golpeada.
5 Igualmente, si dijera que él fue difamado, debe añadir de qué modo fue difamado. Así, sin duda, tam-

¹⁴ Se refiere a atentados al pudor de una mujer honrada o de un impúber. Se trataba de un edicto (EP. XXXV, 190ss.) que contenía un *edictum generale* y luego varios edictos con modelos de fórmulas que se referían a distintos tipos de agravios personales. Cf. d’Ors, § 378.

Numerius Negidius libellum misit Aulo Agerio infamandi causa'.

2,7,1 PAVLVS libro sententiarum [quinto] sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis:

Causa mortis idonea non uidetur, cum caesus homo post aliquot dies officium diurnae uitae retinens decessit nisi forte fuerit ad necem caesus aut letaliter uulneratus.^a

<TITVLVS III>

DE IVRE ET SAEVITIA DOMINORVM

3,1,1 MOYSES dicit:

Si quis percusserit seruum aut ancillam uirga et mortuus fuerit in manibus eius, iudicio uindicetur.

2 quod si superuixerit die uno aut duobus, non uindicabitur, pretium enim ipsius est.^b

3,2,1 PAVLVS libro sententiarum [quinto] sub titulo ad legem Corneliam de sicariis et ueneficis dicit:

Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari: modum enim castigandi et in seruorum coercitione placuit temperari.^c

3,3,1 VLPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo de dominorum saeuitia:

Si dominus in seruum saeuierit uel ad inpudicitiam turpemque uiolationem compellat, quae sint partes praesidis, ex rescripto diui Pii ad Aurelium Marcia-

2 num proconsulem Baeticae manifestatur. cuius rescripti uerba haec sunt: 'Dominorum quidem potesta-

^a Causa mortis... Paulus 5, 23, 5.

^b Si quis... *Exod.* 21: 20, 21.

^c Seruus si... Paulus 5, 23, 6.

bién la fórmula fue concebida: 'que Numerio Negidio envió un libelo a Aulo Agerio para difamarlo'.

2,7,1 Paulo en el libro quinto de las *Sentencias* bajo el título a "La ley Cornelia de asesinos y envenenadores":

La causa de la muerte no parece suficiente, cuando un hombre golpeado murió después de haber conservado algunos días las funciones de su vida cotidiana, a no ser que por casualidad hubiera sido golpeado a muerte o mortalmente herido.

TÍTULO III DEL DERECHO Y CRUELDAD DE LOS DUEÑOS

3,1,1 Moisés dice:

Si alguien golpeará a un esclavo o a una esclava con un palo y muriera en sus manos, sea castigado median-
2 te un juicio. Y si sobreviviera, el esclavo o la esclava, un día o dos, no será castigado, pues el precio es suyo.¹⁵

3,2,1 Paulo en el libro quinto de las *Sentencias* bajo el título a "La ley Cornelia acerca de los asesinos y envenenadores" dice:

Si un esclavo desfalleciera por golpes, a no ser que esto se hiciera con dolo, el dueño no puede ser demandado como reo de homicidio; pues se dispuso que el modo de castigar también en la coerción de los esclavos fuera templado.

3,3,1 Ulpiano en el libro octavo *Del oficio de procónsul* bajo el título de "La crueldad de los señores":

Si un señor se ensañara contra un esclavo, o lo indujera a impudicia y vergonzosa violación, según el rescripto del divo Pío a Aurelio Marciano, procónsul de Bética, se manifiesta cuáles son las partes que corres-
2 ponden al gobernador. De ese rescripto son estas palabras: "sin duda, es preciso que la potestad de los due-

¹⁵ Es decir, que no se le castiga porque el dueño corre con la baja del precio del esclavo, que resulta de haberlo golpeado.

tem in suos seruos inlibatam esse oportet nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra saeuitiam uel famem uel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuste deprecantur.

- 3 ideoque cognosce de querellis eorum, qui ex familia Iuli Sabini ad statuam confugerunt, et si uel durius habitos, quam aequum est, uel infami iniuria adfectos cognoueris, uenire iube, ita ut in potestatem Sabini non reuertantur. quod si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius executurum’.
- 4 diuus etiam Hadrianus Vmbram quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis
- 5 ancillas atrocissime tractaret.^a item diuus Pius ad libellum Alfi Iuli rescripsit [in] haec uerba: ‘Seruorum obsequium non solum imperio, sed et moderatione et sufficientibus praebitis et iustis operibus contineri oportet. itaque et ipse curare debes iuste ac temperate tuos tractare, ut ex facili requirere eos possis, ne, si appa-
- 6 ruerit uel inparem te inpendiis esse uel atrocioere dominationem saeuitia exercere, necesse habeat proconsul u.c., ne quid tumultuosius contra accidat, praeuenire et ex mea iam auctoritate [te] ad alienandos eos conpellere. Glabrione et Homullo cons’.

3,4,1 GREGORIANVS libro XVIII sub titulo de accusationibus:

Impp. Diocletianus et Maximianus Augusti Aurelio Sacrato militi. Cum seruum tuum [ui] aegritudinis grauiter oppressum fati munus implesse proponas,

^a Si dominus... *Dig.* 1, 6, 2.

ños hacia sus esclavos sea íntegra y que a nadie se quite su derecho sobre los esclavos; pero interesa a los dueños que el auxilio contra la crueldad o el hambre o la intolerable injuria no se niegue a aquellos que justamente lo piden. Y por eso debes conocer acerca de las querellas de algunos esclavos de la familia de Julio Sabino que se refugiaron en la estatua,¹⁶ y si conocieras o bien que fueron tratados más duramente de lo que es lo justo, o bien que fueron afectados por una infame injuria, ordena que sean vendidos, de modo que no regresen a la potestad de Sabino. Y si hiciera fraude a mi constitución, sabrá que yo procederé más severamente ante el delito”. También el divo Adriano relegó a cierta matrona umbra durante cinco años, porque por levísimas causas trataba muy atrozmente a las esclavas. Igualmente el divo Pío respondió al libelo de Alfio Julio según estas palabras: “conviene que el respeto de los esclavos sea mantenido no sólo con imperio sino también con moderación y con alimentos suficientes y con trabajos justos. Y así también tú mismo debes cuidar de tratar justa y moderadamente a los tuyos, para que con facilidad puedas exigir a esos, no sea que si pareciera o que tú eres injusto en los gastos o que ejerces el dominio con crueldad más atroz, el procónsul, hombre brillantísimo, tenga necesidad —para que algo más tumultuoso no suceda en contra— de acusarte y ya con la autoridad mía de forzarte a venderlos. Siendo cónsules Glabrio y Homullo”. [año 152].

El *Gregoriano* en el libro XIX bajo el título “acerca de las acusaciones”:

Los emperadores Augustos Diocleciano y Maximiano al soldado Aurelio Sacrato. Como propones que tu esclavo gravemente oprimido por la fuerza de una enfermedad cumplió el deber del hado,¹⁷ la razón de tu

¹⁶ Antonino Pío dispuso que el esclavo maltratado podía refugiarse en los templos o en las estatuas de los emperadores, y determinó que si la crueldad de los dueños era intolerable se les obligara a vender a sus esclavos. (*Gayo, Inst.* 1, 53).

¹⁷ Es decir, murió. Es metáfora.

propter inmoderatam castigationem calumniae accusationem emergere innocentiae ratio, cuius fiduciam geris, non permittit. Prop. non. Decemb. Diocletiano A. III. et Aristobulo cons.

<TITVLVS III>
DE ADVLTERIIS

4, 1, 1 MOYSES dixit:

Quicumque moechatus fuerit mulierem proximi sui, mortem moriatur qui moechatus fuerit et quae
2 moechata fuerit.^a quod si aliqui seduxerit uirginem non desponsatam et stuprauerit eam, dotabit eam sibi
3 in uxorem. quod si rennuerit pater eius et noluerit eam dare illi uxorem, pecuniam inferet patri, in quantum est dos uirginis.^b

4, 2, 1 PAVLVS libro singulari de adulteris sub titulo:

Breuem interpretationem [legis Iuliae] de adulteris coercendis facturus per ipsa capita ire malui ordinem
2 que legis seruare. et quidem, primum caput legis <Iuliae de adulteris> prioribus legibus pluribus obrogat.
3 secundo uero capite permittit patri, [si in] filia sua, quam in potestate habet, aut in ea, quae [eo] auctore, cum in potestate esset, uiro in manum conuenerit, adulterum domi suae generiue sui deprehenderit isue in eam rem socerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum sine fraude occidat, ita ut filiam in continenti
4 occidat. in sui iuris autem filia qui adulterum deprehensum occiderit et in continenti filiam, licito iure hoc

^a Quicumque... *Leu.* 20: 10.

^b quod si... *Exod.* 22: 16, 17.

inocencia, de la cual presentas seguridad, no permite que salga una acusación de calumnia a causa de castigo inmoderado. Propuesta en las nonas de diciembre, siendo cónsules Diocleciano Augusto, en su tercer año, y Aristóbulo.¹⁸

TÍTULO IV DE LOS ADULTERIOS

4, 1, 1 Moisés dijo:

Cualquiera que haya cometido adulterio con la mujer de su prójimo, muera hasta la muerte el que haya
2 cometido adulterio y la que haya cometido adulterio. Y si alguno sedujera a una virgen no desposada y la
3 estuprara, la dotará como esposa para sí. Y si su padre rehusara y no quisiera darla a aquél como esposa, ofrecerá al padre dinero, hasta cuanto es la dote de una virgen.

4, 2, 1 Paulo en el *Libro singular* bajo el título “De los adúlteros”:

Antes de comenzar una breve interpretación de la ley Julia de los adúlteros que deben ser castigados, preferí ir por los mismos capítulos y observar el orden
2 de la ley. Y en verdad el primer capítulo de la ley Julia de los adúlteros deroga numerosas leyes anteriores.
3 Pero en el segundo capítulo permite al padre, si respecto de la hija que tiene bajo su potestad, o de aquella que estando bajo su potestad, entró bajo potestad marital, siendo él el autor,¹⁹ sorprendiera a un adúltero en su casa de él o en la de su yerno, o si éste llamara al suegro para ese asunto; que ese padre mate sin responsabilidad a ese adúltero siempre que mate inmediata-
4 mente a la hija. Pero si alguien asesinó a un adúltero sorprendido con la hija emancipada e inmediatamente

¹⁸ 5 de diciembre del año 285.

¹⁹ Es decir, el que cedió la potestad al marido mediante la forma de *mancipatio*.

5 factum Marcellus libro XXXI digestorum scribit. aucto-
ritate quoque [legis] patrem posse interficere uel con-
sularem uirum uel patronum suum, [si eum] in filia
adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus pro-
6 bat. sed si filiam non interfecerit, sed solum adul-
7 terum, homicidii reus est. et si interuallo filiam inter-
fecerit, tantundem est, nisi persecutus illam interfece-
rit: continuatione enim animi uidetur legis auctoritate
fecisse.

4,3,1 Idem PAVLVS eodem singulari libro et titulo:

Certae autem enumerantur personae, quas uiro li-
ceat occidere in adulterio deprehensa uxore, quamuis
2 uxorem non liceat. ergo secundum leges uiro etiam
filiofamilias permittitur domi suae deprehensum adul-
terum interficere seruum, et eum qui auctoramento
rogatus est ad gladium, uel etiam illum qui operas
3 suas, ut cum bestiis pugnaret, locauit. sed et iudicio
publico damnatum licet interficere in adulterio depre-
hensum, uel libertinum uel suum uel paternum, et
4 tam ciuem Romanum quam Latinum. sed et patris et
matris et filii et filiae libertum permittitur occidere,
5 quo loco et dediticius habetur. debet autem profiteri
apud eum, cuius iurisdictio est eo loco, ubi occidit, et
uxorem dimittere. quod si non fecerit, inpune non in-
6 terficit. sciendum est autem diuum Marcum et Com-
modum rescripsisse eum qui adulterum inlicite inter-
fecerit, leuiori poena puniri. sed et Magnus Antoninus
pepercit, si qui adulteros inconsulto calore ducti inter-
fecerunt. et reliqua.

4,4,1 Idem PAVLVS eodem libro singulari et titulo:

Iure mariti uel patris qui accusat, potest et sine
calumniae poena uinci: si iure extranei accusat, potest

a la hija, Marcelo escribe en el libro XXXI de los diges-
5 tos que esto fue hecho lícitamente con derecho. En el
mismo libro Marcelo aprueba que también con la auto-
ridad [de la ley] el padre puede matar o bien a un
varón consular o bien a su patrono, [si lo] sorprendiera
6 como adúltero con la hija. Pero si no matara a la hija,
7 sino sólo al adúltero, es reo de homicidio. Y si tras un
intervalo matara a la hija, es precisamente igual, a no
ser que habiéndola perseguido la matara: pues parece
que por la continuación del ánimo lo hizo con la autori-
dad de la ley.

4,3,1 El mismo Paulo en el mismo *Libro singular* y título:

Pero se enumeran ciertas personas, a las que es
lícito que un esposo mate, si sorprendiera a la esposa
en adulterio, aunque no sea lícito matar a la esposa.
2 Por lo tanto, según las leyes es permitido también al
esposo hijo de familia matar al esclavo adúltero sor-
prendido en su casa, y a quien por salario fue solicitado
como gladiador, o también a aquel que alquiló sus ser-
3 vicios, para que peleara con las bestias. Pero también
es lícito matar al condenado en un juicio público si fue
sorprendido en adulterio, o al libertino, sea suyo sea
4 paterno, y tanto ciudadano romano como latino. Pero
también es permitido matar al liberto del padre o de la
madre, o del hijo o de la hija; y en esta situación se
5 encuentra el dediticio. Mas debe declarar ante quien
tenga jurisdicción en ese lugar, donde mató, y abando-
nar a la esposa. Y si no lo hiciera, no mata impune-
6 mente. Mas debe saberse que el divo Marco y Cómodo
resolvieron en un rescripto que aquel que haya matado
ilícitamente a un adúltero, sea castigado con pena más
leve. Pero también el Magno Antonino perdonó, si al-
gunos llevados inmoderadamente por la indignación
mataron a adúlteros, y demás cosas.

4,4,1 El mismo Paulo en el mismo *Libro singular* y título:

El que acusa con el derecho de marido o de padre,
puede también ser vencido en juicio sin la pena de
calumnia: si acusa con el derecho de extraño,²⁰ puede

²⁰ Extraño a la familia.

2 calumniae poena puniri. sed tum post duos menses intra quattor menses utiles expertus, licet talis sit, qui alias accusare non possit, ut libertinus aut minor uiginti quinque annorum aut infamis, tamen ad accusationem admittitur, ut et Papinianus libro XV scripsit.

4,5,1 PAPINIANVS libro XV responsorum sub titulo ad legem Iuliam de adulteris:

Ciuus Romanus, qui [ciuem Romanam] sine conubio siue peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non postulat, sed ei non opponitur infamia uel quod libertinus rem sestertiorum triginta milium aut filium non habuit, propriam iniuriam persequenti.

4,6,1 PAVLVS libro singulari et titulo qui supra:

In uxorem adulterium uindicatur iure mariti, non etiam sponsam. Seuerus quoque et Antoninus ita rescripserunt.

4,7,1 PAPINIANVS libro singulari de adulteris:

Quaerebatur, an pater emancipatam filiam iure patris accusare possit. respondi: occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in potestatem, aut [quae] eo auctore in manum conuenit: sed accusare iure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

4,8,1 PAPINIANVS eodem libro singulari <et titulo>:

Cum patri lex regia dederit in filium uitae necisque potestatem, quod bonum fuit lege comprehendi, ut potestas fieret etiam filiam occidendi, uelis mihi rescribere: nam scire cupio. respondit: numquid ex contrario praestat nobis argumentum haec adiectio, ut non ui-

2 ser castigado con la pena de calumnia. Pero además, el que haya recurrido a la justicia después de dos meses, dentro de los cuatro meses útiles,²¹ aunque sea de tal condición que de otro modo no pueda acusar, como un libertino o un menor de veinticinco años o un infame, no obstante es admitido a la acusación, como también Papiniano escribió en el libro XV.

4,5,1 Papiniano en el libro XV *De las respuestas* bajo el título de “La ley Julia de los adúlteros”:

Un ciudadano romano que tuvo en matrimonio a una ciudadana romana sin connubio, o a una peregrina, ciertamente por derecho de marido no la demanda como adúltera, pero si persigue una injuria propia, no se le impondrá la infamia, porque el libertino no tuvo 30 mil sestercios o un hijo.

4,6,1 Paulo en el libro singular y título de arriba:

El adulterio en la esposa se castiga por derecho de marido. No así el adulterio en la prometida. También Severo y Antonino así lo resolvieron en un rescripto.

4,7,1 Papiniano en el *Libro singular* “Acerca de los adúlteros”:

Se preguntaba si el padre puede acusar por el derecho de padre a la hija emancipada. Respondí: ciertamente la ley otorga la facultad de matar a esa hija a la que tiene bajo su potestad, o a la que siendo él el autor²² entró bajo potestad marital. Pero ciertamente no se prohíbe al padre acusar por el derecho de padre a la hija emancipada.

4,8,1 Papiniano en el mismo *Libro singular* y título:

Como la ley regia²³ diera al padre potestad de vida y muerte sobre el hijo, quieres responderme, pues deseo saber porqué fue bueno comprender en la ley que se diera también potestad de matar a la hija. Respondió: ¿acaso esta adición nos da argumento de lo contrario,

²¹ El tiempo útil es el plazo en que sólo se cuentan los días hábiles, es decir se descuentan los días inhábiles o los necesarios para el viaje hasta el tribunal, sobre la base de 30 km. por día.

²² Vid. n. 19.

²³ Es decir, la ley de las XII Tablas.

deatur lex non habenti dedisse, [sed occidi eam cum adultero iussisse], ut uideatur maiore aequitate ductus adulterum occidisse, cum nec filiae pepercerit?

4,9,1 IDEM:

Si pater quis adulterum occidit et filiae suae pepercit, quaero quid aduersus eum sit statuendum? respondit: sine dubio iste pater homicida est: igitur tenebitur lege Cornelia de sicariis. plane si filia non uoluntate patris, sed casu seruata est, non minimam habebit defensionem pater, quod forte fugit filia. nam lex ita punit homicidam, si dolo malo homicidium factum fuerit, hic autem pater non ideo seruauit filiam, quia uoluit, sed quia occidere eam non potuit.

4,10,1 IDEM:

Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit, an in legem de sicariis incidat, quaero. respondit: nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur: quare aperte contra legem fecisse eum non ambigitur. sed si de poena tractas, non inique aliquid eius honestissimo calori permittitur, ut non quasi homicida puniatur capite uel deportatione, sed usque ad exilium poena eius statuatur.

4,11,1 IDEM sic:

De mancipiis alterutrius marito uel patre accusante quaestionem habendam palam est: an idem extraneo accusatori permitti debeat, quaero. respondit: potest uideri ea ratio fuisse permittendi istis personis de seruis quaestionem habere, ut diligentius dolorem animi sui, item iniuriam laesae domus non translaticie persequerentur. sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio seruorum admitti creditum est, ratio eo

que no parezca que la ley dio al que no tiene sino que ordenó matarla con el adúltero, para que se vea que llevado con mayor justicia mató al adúltero, cuando no había perdonado ni a la hija?

4,9,1 El mismo:

Si un padre mató a un adúltero y perdonó a su hija, pregunto: ¿qué debería decidirse contra él? Respondió: sin duda, este padre es homicida; por consiguiente será obligado por la ley Cornelia de asesinos. Obviamente si la hija, no por voluntad del padre, sino por accidente fue conservada, el padre tendrá una defensa no pequeña, porque la hija casualmente escapó de la muerte. En efecto, la ley castiga al homicida, si el homicidio se hubiera hecho con dolo malo, mas este padre conservó a la hija, no porque quiso, sino porque no pudo matarla.

4,10,1 El mismo:

Si un marido mató a su esposa sorprendida en adulterio, pregunto si incurre en la ley acerca de los asesinos. Respondió: en ninguna parte de la ley se concede al marido matar a la esposa; por lo cual, francamente no se duda que lo hizo contra la ley. Pero si tratas acerca de la pena, no inicuaamente se permite algo de eso a su justa indignación, de modo que no sea castigado como homicida con la pena capital o con la deportación, sino que como pena suya se establezca, cuando más, el exilio.

4,11,1 El mismo así:

Respecto a que es obvio que debe hacerse un interrogatorio a los esclavos de uno y otro, si acusa el marido o el padre, pregunto si acaso debe permitirse lo mismo a un acusador extraño.²⁴ Respondió: puede parecer que la razón de permitir a estas personas hacer un interrogatorio a los esclavos, haya sido que persiguieran más diligentemente el dolor de su ánimo, y de igual manera, sin descuido, la injuria de la casa ofendida. Pero ya que se creyó que tal delito no fácilmente se cometía sin el auxilio de los esclavos, la razón condujo

²⁴ Vid. n. 20.

perduxit, ut etiam extraneo accusante mancipia quaestioni tormentorum subicerentur a iudicibus.

4,12,1 PAVLUS libro sententiarum [secundo] sub titulo de adulteris:

Permittitur [patri] tam adoptiuo quam naturali, adulterum cum filia cuiusque dignitatis domi suae uel
2 generi sui deprehensum sua manu occidere. filius familias pater si filiam in adulterio deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut non possit occidere:
3 permittitur tamen etiam ei, ut occidat. maritus in adulterio deprehensos non alios quam infames et eos qui corpore quaestum faciunt, seruos etiam et liberos
4 excepta uxore, quam prohibetur, occidere potest. maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero
5 occidit, quia hoc inpatientia iusti doloris admisit, lenius puniri placuit. occiso adultero dimittere statim maritus debet uxorem atque ita triduo proximo
6 profiteri, cum quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit. inuenta in adulterio uxore maritus ita demum adulterum occidere potest, si eum domi suae
7 deprehendat. eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari
8 placuit. serui uero tam mariti quam uxoris in causa adulteri torqueri possunt, nec his libertas sub specie impunitatis data ualebit.^a

^a Permittitur... Paulus 2, 26, 1-2. 4-9.

a esto: que también si acusa un extraño, los esclavos fueran sometidos a interrogatorio con tormento por los jueces.

4,12,1 Paulo en libro [segundo] De las *Sentencias* bajo el título “De los adúlteros”:

Se permite al padre, tanto al adoptivo como al natural, matar con su mano al adúltero de cualquier dignidad sorprendido con su hija en la casa de él o de su yerno. Un hijo de familia que ya es padre, si sorprendiera a la hija en adulterio, ciertamente está cerca de las palabras de la ley “que no pueda matar”: no obstante también a ése se permite que mate. El marido puede matar a los sorprendidos en adulterio, no a otros que a los infames y a esos que hacen profesión con el cuerpo,²⁵ a los esclavos también y a los libertos, excepto a la esposa, a la que se le prohíbe. Se dispuso que más suavemente fuera castigado el marido que mató a la esposa sorprendida con el adúltero, ya que cometió esto por la impaciencia del justo dolor. Asesinado el adúltero, el marido debe abandonar inmediatamente a la esposa y así declarar en los tres días próximos con qué adúltero y en qué lugar sorprendió a la esposa. El marido, encontrada la esposa en adulterio, puede asesinar al adúltero únicamente así: si lo sorprendiera en su casa. Se dispuso que fuera demandado como reo de lenocinio ese que no hubiera abandonado inmediatamente a la esposa sorprendida en adulterio. En verdad, los esclavos, tanto del marido como de la esposa, pueden ser torturados en la causa del adúltero, y no les valdrá la libertad dada so pretexto de impunidad.²⁶

²⁵ Era deshonoroso ganar dinero exhibiendo el cuerpo como el actor, la prostituta o el gladiador. No sucede así con los atletas.

²⁶ Los cónyuges adúlteros no pueden manumitir a sus esclavos para salvarse, sino que éstos deben declarar bajo tormento.

<TITVLVS V>
DE STVPRATORIBVS

5,1,1, MOYSES dicit:

Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est: ambo moriantur, rei sunt.^a

5,2,1 PAVLVVS libro sententiarum II sub titulo de adulteris:

Qui masculum liberum inuitum stuprauerit, capite
2 punietur. qui uoluntate sua stuprum flagitiumque
inpurum patitur, dimidia parte bonorum suorum mul-
tatur nec testamentum ei ex maiore parte facere licet.^b

5,3,1 Hoc quidem iuris est: mentem tamen legis Moysi
imperatoris Theodosii constitutio ad plenum secuta
cognoscitur. <item Theodosianus>:

IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS Auggg. ad
Orientium uicarium urbis Romae. Non patimur urbem
Romam uirtutum omnium matrem diutius effeminati
in uiro pudoris contaminatione foedari et agreste illud
a priscis conditoribus robur fracta molliter plebe te-
nuatum conuicium saeculis uel conditorum inrogare
uel principum, Orienti k(arissime) ac iuc(undissime)
2 nobis. laudanda igitur experientia tua omnes, quibus
flagiti usus est uirile corpus muliebriter constitutum
alieni sexus damnare patientia nihilque discretum ha-
bere cum feminis, occupatos, ut flagitii poscit inmani-
tas, atque omnibus eductos, pudet dicere, uirorum lu-
panaribus spectante populo flammae uindicibus
expiabit,^c ut uniuersi intellegant sacrosanctum cunctis
esse debere hospitium uirilis animae nec sine summo

^a Qui manserit... *Leu.* 20: 13.

^b Qui masculum... *Paulus* 2, 26, 12-13.

^c Omnes... *Cod. Theod.* 9, 7, 6.

TÍTULO V DE LOS ESTUPRADORES

5, 1, 1 Moisés dice:

Merece desprecio el que haya permanecido con un varón en cohabitación mujeril. Ambos mueran: reos son.

5, 2, 1 Paulo en el libro II de las *Sentencias* bajo el título “De los adúlteros”:

El que haya estuprado a un varón libre contra su
2 voluntad, será castigado con la pena capital. Al que por su voluntad padece estupro y deshonra impura, se le castiga con la confiscación de la mitad de sus bienes y no le es lícito hacer testamento por la mayor parte.

5, 3, 1 Ciertamente esto es de derecho: sin embargo se sabe que la constitución del emperador Teodosio siguió plenamente la intención de la ley de Moisés. (Igualmente el Teodosiano).

LOS EMPERADORES AUGUSTO VALENTINIANO, TEODOSIO Y ARCADIO al vicario de los orientes de la urbe de Roma. No soportamos que la urbe de Roma, madre de todas las virtudes, sea mancillada más tiempo por la contaminación del pudor afeminado en el varón, ni que aquel rudo vigor proveniente de los antiguos fundadores, impudicamente quebrantada la plebe, imponga a los siglos un atenuado escarnio público ya de los fundadores ya de los principales, muy querido para el Oriente
2 y muy grato a nosotros. Por lo tanto, para que todos entiendan que el hospicio del alma viril debe ser sacrosanto para todos, y que no sin sumo suplicio deseó el sexo ajeno quien vergonzosamente había perdido el suyo, ante la mirada del pueblo, con los vengadores de la flama, tu laudable experiencia expiará a todos aquellos para quienes la costumbre de la ignominia es condenar su cuerpo viril mujerilmente constituido a la sumisión del sexo ajeno, y no tener nada distinto de las mujeres; a los ocupados, como lo exige la monstruosidad de su ignominia, y educados, avergüenza decirlo,

supplicio alienum expetisse sexum qui suum turpiter perdidisset. Prop. pr. id. Maias Romae in atrio Minervae.

<TITVLVS VI>
DE INCESTIS NVPTIIS.

6,1,1 MOYSES dicit:

Quicumque concubuerit cum muliere uxore patris sui, pudenda patris sui detexit, mortem moriantur
2 ambo: rei sunt. et quicumque concubuerit cum nuru sua, mortem moriantur ambo: rei sunt.^a

6,2,1 VLPPIANVS libro regularum singulari sub titulo de nuptiis:

Inter parentes et liberos, cuiuscumque gradus sint,
2 conubium non est. inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis, nec amitam nec materteram,
3 quamuis eodem gradu sint. eam quae nouerca uel priuigna, uel quae nurus uel socrus fuit, uxorem
4 ducere non possumus. si quis eam quam non licet uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti spurii sunt.^b

6,3,1 PAVLVS libro sententiarum [secundo] sub titulo de nuptiis:

Inter parentes et liberos iure ciuili matrimonia contrahi non possunt nec filiam sororis aut neptem uxorem ducere possumus: proneptem aetatis ratio
2 prohibet. adoptiua cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo, inter fratres eatenus,

^a Quicumque... *Leu.* 20: 11, 12.

^b Inter parentes... *Reg.* 5, 6, 7.

en todos los lupanares de varones. Propuesta un día antes de los idus de mayo²⁷ en Roma en el atrio de Minerva.

TÍTULO VI DE LAS NUPCIAS INCESTUOSAS

6, 1, 1 Moisés dice:

Si alguno se acostó con la mujer esposa de su padre, descubrió las partes pudendas de su padre, ambos
2 mueran hasta la muerte: reos son. Y si alguno se acostó con su nuera, mueran ambos hasta la muerte: reos son.

6, 2, 1 Ulpiano en el *Libro singular de las reglas* bajo el título “De las nupcias”:

Entre padres e hijos, de cualquier grado que sean,
2 no hay connubio. Pero en verdad antiguamente entre cognados desde la línea transversal hasta el cuarto grado, no podían contraerse matrimonios; pero ahora desde el tercer grado es lícito tomar esposa, pero solamente a hija de hermano; no así a la de hermana, ni a la tía paterna ni a la tía materna, aunque sean del
3 mismo grado. A la que fue madrastra o hijastra, o
4 nuera, o suegra no podemos tomarla como esposa. Si alguien tomara como esposa a la que no es lícito, contrae matrimonio incestuoso: y por eso los hijos no se encuentran bajo su potestad, sino que concebidos ilegítimamente, son como espurios.

6, 3, 1 Paulo en el libro segundo de las *Sentencias* bajo el título “De las nupcias”:

Por derecho civil no se pueden contraer matrimonios entre padres e hijos ni podemos tomar como esposa a la hija de la hermana o a la nieta: la razón de la
2 edad prohíbe a la bisnieta. El parentesco adoptivo impide enteramente las nupcias entre padres e hijos, en tanto que entre hermanos, hasta que no interviene la

²⁷ 14 de mayo del año 390.

3 quatenus capitis minutio non interuenit. nec socrum
nec nurum [nec] priuignam nec nouercam aliquando
citra poenam incesti uxorem ducere licet, sicut nec
amitam aut materteram. sed qui uel cognatam contra
interdictum duxerit, remisso mulieri iuris errore ipse
poenam adulterii lege Iulia patitur, non etiam ducta.

6,4,1 GREGORIANVS libro quinto sub titulo de nuptiis.
Exemplum litterarum Diocletiani et Maximiani imp.
talem coniunctionem grauius punire commemorat:

Exemplum edicti Diocletiani et Maximiani [Augg. et
Constantii et Maximiani] nobilissimorum Caesarum.
Quoniam piis religiosisque mentibus nostris ea, quae
Romanis legibus caste sancteque sunt constituta, ue-
nerabilia maxime uidentur atque aeterna religione
seruanda, dissimulare ea, quae a quibusdam in praete-
ritum nefarie incesteque commissa sunt, non oportere
credimus: cum uel cohibenda sunt uel etiam uindican-
da, insurgere nos disciplina nostrorum temporum co-
hortatur. ita enim et ipsos immortales deos Romano
nomini, ut semper fuerunt, fauentes atque placatos
futuros esse non dubium est, si cunctos sub imperio
nostro agentes piam religiosamque et quietam et cas-
2 tam in omnibus mere colere perspexerimus uitam. in
quo id etiam prouindendum quam maxime esse censui-
mus, ut matrimoniis religiose atque legitime iuxta dis-
ciplinam iuris ueteris copulatis tam eorum honestati,
qui nuptiarum coniunctionem sectantur, quam etiam
his, qui inde deinceps nascentur, seruata religione in-
cipiat esse consultum et honestate nascendi etiam pos-

3 emancipación.²⁸ Y a veces no es lícito tomar como esposa, sin la pena del incesto, ni a la suegra ni a la nuera, ni a la hijastra ni a la madrastra, así como tampoco a la tía paterna o tía materna. Pero el que contra lo prohibido haya tomado a la cognada, habiéndose remitido el error del derecho a la mujer, él mismo padece la pena de adulterio según la ley Julia, no así la tomada como esposa.

6,4,1 El *Gregoriano* en el libro quinto bajo el título “De las nupcias”:

Un ejemplar de las cartas de los emperadores Diocleciano y Maximiano recuerda que tal unión se castiga gravemente:

El ejemplar del edicto de los Augustos Diocleciano y Maximiano, y de Constancio y Maximiano, nobilísimos Césares. Ya que a nuestras mentes piadosas y religiosas parecen muy venerables esas cosas que por las leyes romanas casta y santamente fueron establecidas, y que por la eterna religión deben ser observadas, creemos que no es conveniente disimular esas cosas que por algunos en el pasado perversa e incestuosamente fueron cometidas: cuando hay cosas que se deben reprimir o también castigar, la disciplina de nuestros tiempos nos exhorta a rebelarnos. Así pues, no hay duda de que también los mismos dioses inmortales serán favorecedores y benévulos para el nombre romano, como siempre fueron, si vigilamos que todos los que viven bajo nuestro imperio en verdad cultiven una vida piadosa y religiosa y quieta y casta en todas las cosas. En lo cual hemos creído que también debe ser previsto lo más posible esto: que, habiendo matrimonios unidos religiosa y legítimamente según la disciplina del antiguo derecho, comience a ser decreto tanto para la honestidad de los que buscan la unión nupcial, cuanto también para los que de allí después nacerán, que esto se haga observando la religión,²⁹ y mediante la

²⁸ Véase Índice de palabras, s.u. *caput, capitis deminutio*.

²⁹ Parece que “religión” se entiende aquí como respeto a las prohibiciones de incesto.

teritas ipsa purgata sit. id enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancta necessitudinum nomina optineant apud affectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem. nefas enim credere est ea, quae in praeteritum a conpluribus constat esse commissa, cum pecudum ac ferarum promiscuo ritu ad illicita conubia instinctu execrandae libidinis sine ullo
3 respectu pudoris ac pietatis intruerint. sed quaecumque antehac uel inperitia delinquentium uel pro ignorantia iuris barbaricae inmanitatis ritu ex illicitis matrimoniis uidentur admissa, quamquam essent seuerissime uindicanda, tamen contemplatione clementiae nostrae ad indulgentiam uolumus pertinere, ita tamen, ut quicumque in ante actum tempus illicitis incestisque se matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos se esse nostram indulgentiam sciant, ut post tam nefaria facinorositatem quidem sibi gratulentur esse concessam, sciant tamen non legitimos se suscepisse liberos, quos tam nefaria coniunctione genuerunt. ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat infrenatis cupiditatibus oboedire, cum et sciant ita praecedentes admissores istius modi criminum uenia liberatos, ut liberorum quos illicitate genuerunt successione arceantur, quae iuxta uetustatem Romanis legibus negabatur. et optasemus quidem nec ante quicumque eius modi esse commissum, quod esset aut clementia remittendum aut
4 legibus corrigendum. sed posthac religionem sanctitatemque in conubiis copulandis uolumus ab unoquoque seruari, ut se ad disciplinam legesque Romanas meminissent pertinere et eas tantum sciant nuptias licitas,

honestidad del nacimiento también la posteridad misma sea purgada. Sin duda, ha agradado muchísimo a nuestra piedad esto: que los santos nombres de los parientes conserven entre los suyos la piadosa y religiosa caridad debida a la consanguinidad.³⁰ Es impío, en efecto, aprobar esas cosas que consta que fueron cometidas por muchos en el pasado, cuando se hubieran precipitado, con el promiscuo rito de los animales y de las fieras, a ilícitos connubios con el instinto de execrar la libido sin algún respeto del pudor ni de la piedad. Pero todas las cosas que hasta hoy, o bien por la inexperiencia de los delincuentes, o bien por la ignorancia del derecho, parecen haber sido cometidas por causa de ilícitos matrimonios según el rito de bárbara inhumanidad, aunque debieran ser castigadas severísimamente, sin embargo en consideración a nuestra clemencia queremos tratarlas con indulgencia; de tal modo, sin embargo, que todos los que se ensuciaron en tiempo pasado con ilícitos e incestuosos matrimonios, sepan que hasta aquí ellos han alcanzado nuestra indulgencia; para que, después de tan impías fechorías se alegren ciertamente de que les haya sido perdonada la vida,³¹ pero sepan que procrearon como no legítimos los hijos que engendraron con tan impía unión. En efecto, así sucederá que en lo futuro nadie se atreva a obedecer a las desenfrenadas pasiones, al saber también que los precedentes delincuentes, por venia, fueron liberados de semejantes crímenes, de modo que eran admitidos en la sucesión de los hijos que ilícitamente engendraron, la cual en la antigüedad era negada por las leyes romanas. Y hubiéramos deseado, ciertamente, que ni antes se hubiera cometido algo de tal naturaleza, que o debiera perdonarse por clemencia o corregirse por las leyes. Pero queremos que en lo sucesivo la religión y la santidad sean observadas por cada uno al unirse en matrimonio, para que recuerden que ellas tienen que ver con la disciplina y las leyes roma-

³⁰ Esto es, que no se casen entre parientes.

³¹ Es decir, no se les aplica la pena de muerte.

5 quae sunt Romano iure permissae. cum quibus autem
 personis tam cognatorum quam ex adfinium numero
 contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto nostro
 complexi sumus: cum filia nepte pronepte itemque ma-
 tre auia proauia et ex latere amita ac matertera [soro-
 re] sororis filia et ex ea nepte. itemque ex adfinibus
 priuigna nouerca socru nuru ceterisque quae antiquo
 iure prohibentur, a quibus cunctos uolumus abstinere.^a

6 nihil enim nisi sanctum ac uenerabile nostra iura cus-
 todiunt et ita ad tantam magnitudinem Romana
 maiestas cunctorum numinum fauore peruenit, quo-
 niam omnes leges suas religione sapienti pudorisque

7 obseruatione deuinxit. quare hoc edicto nostro uolu-
 mus omnibus palam fieri, quod praeteritorum uenia,
 quae per clementiam nostram contra disciplinam uide-
 tur indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae in

8 diem III kal. Ian. Tusco et Anullino cons. uidentur esse
 commissa. si qua autem contra Romani nominis decus
 sanctitatemque legum post supra dictum diem depre-
 hendentur admissa. digna seueritate plectentur. nec
 enim ullam in tam nefario scelere quisquam aestimet
 ueniam se consequi posse, qui tam euidenti crimini et
 post edictum nostrum non dubitabit intruere. Dat. kal.
 Mai. Damasco Tusco et Anullino cons.

6, 5, 1 HERMOGENIANVS sub titulo de nuptis:

Impp. Diocletianus et Maximianus Augg. Fl. Flauia-
 no. His, qui incestas nuptias per errorem contrahunt,
 ne poenis subiciantur, ita demum clementia principum
 subuenit, si postea quam errorem suum rescierint, ili-

^a Cum quibus... *Cod. Iust.* 5, 4, 17.

nas, y sepan que son nupcias lícitas solamente esas
5 que están permitidas por el derecho romano. Pero en
este edicto nuestro expresamos con cuáles personas,
tanto del número de cognados como del de los afines,
no es lícito contraer matrimonio: con la hija, nieta,
bisnieta e igualmente con la madre, abuela, bisabuela
y, de parentesco colateral, con la tía paterna y mater-
na, con la hermana, con la hija de la hermana y con su
nieta. E igualmente de los afines, con la hijastra, ma-
drastra, suegra, nuera y las demás que se prohíben por
6 el derecho antiguo, de las cuales queremos que todos se
abstengan. Sin duda, nada sino santo y venerable cus-
todian nuestros derechos, y así la majestad romana
llega a tan grande magnitud con el favor de todos los
númenes, ya que ligó todas sus leyes con la religión
7 sabia y con la observancia del pudor. Por lo cual, en
este edicto nuestro queremos que se haga obvio a todos
el hecho de que la venia de cosas pasadas que por
nuestra clemencia parece haber sido concedida contra
la disciplina, corresponde solamente a esos delitos que
parece que fueron cometidos hasta tres días antes de
las calendas de enero, siendo cónsules Tusco y Anulli-
8 no.³² Pero si se descubriera que contra el decoro del
nombre romano y la santidad de las leyes, después del
día mencionado arriba, se cometieron algunos delitos,
serán castigados con digna severidad. Y, en efecto, si
nadie considera que puede conseguir alguna venia en
crimen tan infame ¿cómo no dudará en precipitarse a
un crimen tan evidente aun después de nuestro edicto?
Dada en las calendas de mayo en Damasco, siendo
cónsules Tusco y Anullino.³³

6, 5, 1 El *Hermogeniano* bajo el título “De las nupcias”:

Los emperadores Augustos Diocleciano y Maximia-
no a Flavio Flaviano. A estos que contraen incestuosas
nupcias por error, para que no sean sometidos a penas,
la clemencia de los principales auxilia únicamente así:
si después que descubren su error, de inmediato rom-

³² 30 de diciembre del año 295.

³³ 1º de mayo del año 295.

co nefarias nuptias diremerint. Prop. id. Mart. [Tiberiano] et Dione cons.

- 6,6,1 Hanc quoque constitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inseruit, quae est tricesima et secunda, aliis tamen et die [et cons.], id est: constitutio prop. V id. Iun. Diocletiano ter et Maximiano Augustis.

PAPINIANVS libro singulari de adulteris:

Qui sororis filiam uxorem duxerat per errorem, antequam praeueniretur a delatore, diremit coitum: quaero an adhuc possit accusari? respondit: ei qui coitu sororis filiae bona fide abstinuit, poenam remitti palam est, quia qui errore cognito diremit coitum, creditur eius uoluntatis fuisse, ut, si scisset se in eo necessitudinis gradu positum, non fuisset tale matrimonium copulaturus.

- 6,7,1 Idem dicitur in eos, qui incestas nuptias contraxerunt. maledicti tamen sunt omnes incesti per legem, cum adhuc rudibus populis ex diuino nutu condita isdem adstipulantibus sanciretur. et utique omnes maledicti puniti sunt, quos diuina et humana sententia consona uoce damnauit. lex diuina sic dicit:

Maledictus, inquit, dixit MOYSES, qui concubuerit cum uxore patris sui: et dicit omnis populus: fiat, fiat.
2 maledictus, qui concubuerit cum sorore sua de patre aut de matre: et dicit omnis populus: fiat, fiat.
3 maledictus, qui concubuerit cum nuru sua: et dicit
4 omnis pupulus: fiat, fiat.^a maledictus, qui concubuerit

^a Maledictus... qui concubuerit... *Deut.* 27: 20, 22, 23.

pen las impías nupcias. Propuesta en los idus de marzo, siendo cónsules Tiberiano y Dión.³⁴

6, 6, 1 El *Gregoriano* en el título “De las nupcias” introdujo también esa constitución, la cual es la trigésima segunda, sin embargo siendo otros el día y los cónsules, esto es: la constitución fue propuesta cinco días antes de los idus de junio, siendo cónsules los Augustos Diocleciano, en su tercer año, y Maximiano.³⁵

Papiniano en el *Libro singular de los adúlteros*:

El que había tomado como esposa a la hija de la hermana por error, rompió la unión antes de que fuera acusado por un delator; pregunto ¿aún podría ser acusado? Respondió: para ese que con buena fe se abstuvo de la unión con la hija de la hermana, es obvio que la pena se perdona, porque el que rompió la unión después de conocido el error, se cree que lo hizo por su voluntad, que si hubiera sabido que él tenía ese grado de parentesco, no se habría unido en tal matrimonio.

6, 7, 1 Lo mismo se dice para los que contrajeron incestuosas nupcias. Sin embargo, todos los incestuosos son malditos por ley, pues ésta, habiendo sido establecida por orden divino para pueblos rudos, fue sancionada aprobándolo formalmente³⁶ ellos mismos. Y ciertamente han sido castigados todos los malditos, que la divina y humana sentencia condenó con sonora voz. La ley divina así dice:

Maldito —dice—, dijo Moisés, el que se haya acostado con la mujer de su padre; y todo el pueblo dice: sea
2 hecho, sea hecho. Maldito el que se haya acostado con su hermana de padre o de madre; y todo el pueblo dice:
3 sea hecho, sea hecho. Maldito el que se haya acostado con su nuera; y todo el pueblo dice: sea hecho, sea
4 hecho. Maldito el que se haya acostado con su suegra;

³⁴ 15 de marzo del año 291.

³⁵ 9 de junio del año 287. Es interesante la referencia crítica que hace aquí el autor de *Coll.*, a propósito de las fechas de la constitución en los *Códigos Gregoriano y Hermogeniano*.

³⁶ El autor hace un uso impropio de la palabra *stipulatio*. Esta aprobación se expresa en el siguiente párrafo con la aprobación del pueblo de Moisés.

cum socru sua: et dicit omnis populus: fiat, fiat.^a
 5 maledictus, qui concubuerit cum sorore patris sui: et
 6 dicit omnis populus: fiat, fiat. maledictus, qui concu-
 buerit cum sorore matris suae: et dicit omnis populus:
 7 fiat, fiat.^b maledictus, qui concubuerit cum sorore
 uxoris suae: et dicit omnis populus: fiat, fiat.^c male-
 8 dictus, qui dormierit cum uxore fratris sui: et dicit
 9 omnis populus: fiat, fiat.^d maledictus, qui dormierit
 cum omni pecore: et dicit omnis populus: fiat, fiat.^e

<TITVLVS VII>
 DE FVRIBVS ET DE POENA EORVM

7, 1, 1 Quod si duodecim tabularum nocturnum furem
 [quoquo modo, diurnum] autem si se audeat telo
 defendere, interfici iubent, scitote, iuris consulti, quia
 Moyses prius hoc statuit, sicut lectio manifestat.
 MOYSES dicit:

Si perfodiens nocte parietem inuentus fuerit fur et
 percusserit eum alius et mortuus fuerit hic, non est
 2 homicida is qui percusserit eum. si autem sol ortus
 fuerit super eum, reus est mortis percussor: et ipse
 morietur.^f

7, 2, 1 PAVLVS libro sententiarum V ad legem Corneliam de
 sicaris et ueneficis:

Si quis furem nocturnum uel diurnum cum se telo
 defenderet occiderit, hac quidem lege non tenetur. sed
 melius fecerit, qui eum coprehensum transmittendum
 ad praesidem magistratibus optulerit.^g

7, 3, 1 VLPIANVS libro VIII ad edictum sub titulo si
 quadrupes pauperiem dederit:

^a Maledictus... *Leu.* 18: 17.

^b maledictus... cum sorore patris... *Leu.* 18: 12, 13.

^c maledictus... *Deut.* 27: 23

^d maledictus... *Leu.* 18: 16

^e maledictus... *Deut.* 27: 21

^f si perfodiens... *Exod.* 22: 2, 3.

^g Si quis... Paulus 5, 3, 9.

5 y todo el pueblo dice: sea hecho, sea hecho. Maldito el
que se haya acostado con la hermana de su padre; y
6 todo el pueblo dice: sea hecho, sea hecho. Maldito el
que se haya acostado con la hermana de su madre; y
7 todo el pueblo dice: sea hecho, sea hecho. Maldito el
que se haya acostado con la hermana de su esposa; y
8 todo el pueblo dice: sea hecho, sea hecho. Maldito el
que haya dormido con la esposa de su hermano; y todo
9 el pueblo dice: sea hecho, sea hecho. Maldito el que
haya dormido con cualquier animal; y todo el pueblo
dice: sea hecho, sea hecho.

TÍTULO VII DE LOS LADRONES Y DE SU PENA

7,1,1 Y si las Doce Tablas ordenan que sea matado el
ladrón nocturno, en todo caso el diurno, sólo si se atre-
viera a defenderse con arma, sabed, jurisconsultos, que
Moisés antes estableció esto, como lo manifiesta el tex-
to. Moisés dice:

Si un ladrón fuera encontrado taladrando en la noche
una pared y otro lo golpeará y muriera éste, no es homici-
2 da el que lo haya golpeado. Pero, si el sol saliera sobre
ése, el golpeador es reo de muerte y él mismo morirá.

7,2,1 Paulo en el libro V de las *Sentencias* a la “Ley
Cornelia de los asesinos y envenenadores”:

Si alguien asesinara a un ladrón nocturno o diurno
defendiéndose con arma, ciertamente no es obligado
por esta ley, pero mejor haría el que aprehendiéndolo,
lo presentara a los magistrados, para ser trasladado
ante el gobernador.

7,3,1 Ulpiano en libro VIII³⁷ *Al edicto* bajo el título “Si un
cuadrúpedo causara daño”:

³⁷ El libro en realidad es el XVIII, como aparece en el *Digesto*.

Iniuria occisum esse merito adicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum.^a proinde si quis seruum latronem occiderit, lege Aquilia non
 2 tenetur, quia [iniuria] non occidit. sed et quemcumque alium ferro se petentem qui occiderit, non uidebitur iniuria occidisse.^b proinde si fuerem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem aequae lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat, uideamus, an lege Aquilia teneatur. et Pomponius dubitat, num haec lex non sit
 3 in usu. et si quis noctu furem occiderit, non dubitamus, quin lege Aquilia [non] teneatur: sin autem, cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est, ut iniuria fecisse uideatur: ergo etiam lege Cornelia
 4 tenebitur.^c iniuriam autem accipere hic nos oportet non, quemadmodum et circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit. et reliqua.^d

7.4.1 ULPIANVS libro octauo de officio proconsulis sub titulo de furibus:

